

Pro quo nota ex historia Ecclesiastica: Olim etiam tempore Apostolorum, sicut erant virgines que se totas Deo dicabant, ita similes erant et viduæ. Rursum, sicut quædam ex virginibus hinc seorsim in domibus suis degebant, ut patet ex Concilio Carthaginiensi III, *can. 33*, quædam vero simul vivebant, uti jam fit in monasteriis: ita pariter viduæ hinc, aliæ domi seorsim, aliæ simul quasi in collegio vivebant. Unde de his posterioribus loquens S. Ignatius tum alibi, tum in epist. ad Philippenses: «Saluto, ait, collegium virginum et cœtum viduarum.»

Petes, quales essent hæc viduæ Ecclesiasticæ, et cur ab Apostolo vere viduæ vocentur?

Respondeo primo: Hæc viduæ a mundo separate, et quasi mundo mortuæ simul vivebant, utique Deo et pietati vacabant, ut patet vers. 3.

Secundo, profitebantur, imo votebant castitatem: unde vers. 12, ait Apostolus, aliquis ex eis «primam fidem (id est votum) irritam» fecisse.

Tertio, ex eis deligebantur diaconissæ et similes, que imperitas mulieres docerent et præpararent ad baptismum, de quibus Epiphanius, *heres. 79*, que est Collyridianorum; imo tempore S. Pauli omnes hæc viduæ erant quasi diaconissæ, ut dicam vers. 9.

Quarto, erant pauperes et omnibus subsidiis destitute (quas vers. 5 vocat «vere viduas»), ideoque alebantur ab Ecclesia, ut patet vers. 3, et *Acor. vi, 1*. Hinc et Cornelius Papa apud Eusebium, lib. VI *Histor. xxxiii*, ubi omnium ordinum clericos, qui tum Romæ erant, recenset; numerat viduas cum indigentibus mille quingentas, quas omnes, inquit, alit Deus in Ecclesia sua. Nam viduæ que non erant pauperes, vel habebant parentes, filios aut nepotes divites, non habebantur vere viduæ, omnino desolatæ et omni subsidio destitute: quia ab eis alii poterant et debebant, ut hic jubet Apostolus vers. 6.

Quinto, erant etate et sanctitatis professione honorabiles. Unde tanta et tam multa requirit Apostolus ab eis. Hinc etiam in tertia collecta in die Parasceves, que sacerdos orat ordine pro quolibet Ecclesiæ gradu et statu, post clericos et virgines orat pro viduis, ac deinde pro toto populo.

Sexto, erant sub cura Episcopi: unde eas tantopere Episcopo Timotheo hic commendat Apostolus. Hinc Chrysostomus, lib. III *De Sacerdotio*, inter alias causas, cur fugerit episcopatum, quasi omnes suos humeros superans, hanc adfert, quod oporteat Episcopum curare viduas et eis providere.

Septimo, tempore sancti Augustini et Innocentii habebant habitum distinctum, mutabantque laicum in religiosum et nigrum, ac pulla veste incedebant, ut patet ex concilio Arausiano, *can. 15*, et Carthaginiensi IV, *can. 104*; et ex S. Augustino, epist. 199 ad *Edictum*, ubi eam reprehendit, quod lascivo marito vestem laicam deposuisset.

Octavo, erant quasi matres et præfectæ aliarum

feminarum, ut dicam vers. 9. De hisce ergo viduis maxime loqui Apostolus docet S. Chrysostomus, Hesselius et alii, et favent verba Apostoli, quibus operose et exacte eas instruit. Unde vers. seq. eas probari vult, antequam in cœtum huius sacrum admittantur: «Discat, inquit, prima domum suam regere,» etc.

Querit Chrysostomus cur de virginibus regere ac de viduis nihil hic statuat Apostolus? ac respondet, quod Ephesi tunc, utpote in Ecclesiæ primordiis, rare vel nullæ essent virgines, pata simul quasi in collegio vel monasterio viventes, que cura Episcopi indigerent.

4. SI QUA VIDUA FILIOS AUT NEPOTES HABET, DISCAT PRIMUM DOMUM SUAM REGERE, ET MUTUAM VICEM REDDERE PARENTIBUS. — Pro *discat*, græce est *μαθήσεται*, pro quo Syrus, Theophylactus et alii legunt, *μαθήσεται*, id est discat, scilicet filii et nepotes.

«domum suam,» id est viduas domus sue, puta matrem et aviam, regere, *μαθήσεται*, id est pie tractare, et, ut Hieronymus ad *Gerontianum* legit, *colere*. Tempore enim Pauli, filii et nepotes viduarum multarum, cum viderent alias viduas pauperiores ab Ecclesia alii, sollicitabant Episcopum, ut eorum mater vel avia cum aliis viduis ab Ecclesia alerentur, etsi ipsi possent eas alere, ut scilicet earum alimonia et cura liberarentur, et in Ecclesiam earum omnes rejicerent. Unde Paulus mandat hic Episcopo Timotheo, ut eis respondat: Suspendat prius matrem vestram et aviam; ubi vero eas amplius alere non poteritis, tunc demum ad Ecclesiam confugite. Ita ex Theophylacto Hesselius. Verum Romana, Ambrosius et alii legunt, *discat*, non *discant*; itaque legendum esse patet ex eo quod viduas ipsas hic instituat Apostolus, non autem earum filios et nepotes. De his enim agit vers. 16, ubi jubet ut matrem suam alant; non ergo idipsum hic eis jubet.

Hinc secundo, Ambrosius *discat domum suam regere*, refert ad viduam; *vero et vicem reddere parentibus*, refert ad filios. Verum tunc in priori legendum esset, *discat*; in posteriori, *discant*; jam autem Apostolus dicit *discat*, idque semel tantum.

Dico ergo Apostolum utrobique loqui de solis viduis, *q. d.* Si qua vidua habet filios aut nepotes, illa antequam in cœtum viduarum, de quibus jam dixi, ab Ecclesia admittatur, *discat primo domum suam*, id est filios et nepotes, regere; *græce μαθήσεται*, id est, ut Syrus, Valæblus et Ambrosius, pie tractare (licet enim Græcum *μαθήσεται* sit neutrum, tamen Apostolus facit activum per hebraismum, sumens *cal* pro *hiphil*), ut scilicet pie filios regat eosque pietate imbuat.

Discat secundo, hæc vidua «mutuam vicem reddere parentibus,» ut scilicet, si parentes adhuc vivant, eis inserviat, opifuletur, ministret, eosque alat, sicut ab eis a puero alita et educata est: uti faciunt cœcum parentibus senibus, a quibus hæc reciproca filiorum pietas in parentes *αποκαταστάς* dicitur. Sin parentes sint mortui, reddat eis

vicem in filiis et nepotibus, eisque impendat illam curam, alimonia et obsequium, quod parentibus impendisset.

Talis vidua fuit S. Monica, de qua S. Augustinus, lib. IX *Confess.*, cap. IX: «Fuerat, inquit, unius viri uxor; mutuam vicem parentibus reddiderat, domum suam pie tractaverat, in operibus suis testimonium habebat, nutrierat filios, loties eos parturiens quoties abs te deviare cernebat. Postremo nobis, Domine, omnibus qui ex munere tuo ante dormitionem ejus, in te jam consociati, vivebamus, percepta gratia baptismi tui, ita curam impendit, quasi omnes genuisset; ita servavit, quasi omnibus genita fuisset.»

5. QUE VERE VIDUA EST ET DESOLATA, SPERET IN DEUM, ET INSTET OBRATIONIBUS ET ORATIONIBUS NOCTE AC DIE. — Coniunctio et hic significat *id est*, *q. d.* Vidua que non solum marito, sed et liberis omniumque hominum solatio viduata est et sola derelicta, hæc «speret in Deum,» quod cum experietur provisorum, imo patrem et maritum, adeoque vice omnium habet Deum, inquit Chrysostomus. *Pro speret*, græce est *ἐπιμαρτυρήσεται*, id est speravit aut sperat, ut legit Ambrosius: subinde enim in talibus præteritum pro presenti ponitur, quasi Apostolus non præcipiat, sed describat que vere viduæ sint, scilicet que omni hominum spe destituta totam spem et mentem in Deum defixerunt. Ita Chrysostomus.

6. NAM QUE IN DELICIS EST, VIVENS (licet corpore, spiritu tamen) MORTUA EST, — *q. d.* Vivens non vivit, sed vitam corporis obruit animæ morte. Vide Chrysostomum. «Immodice delicia, inquit Theodoretus, rationem obruunt, et efficiunt ut in corpore tanquam in aliquo sepulcro jaceat.» Unde et Sophocles gulosum hominem taxans: «Non arbitror, inquit, hunc vivere: sed cadaver judico.» Rationem dat S. Augustinus, tract. 47 *in Joann.*: «Vita, inquit, carnis tuæ anima est, vita animæ tuæ Deus est. Quomodo moritur caro amissa anima, que vita est ejus: sic moritur anima amisso Deo, qui vita est ejus.»

Vere ergo S. Bernardus, serm. 48 *in Cantico.*: «Vita, inquit, in deliciis agens et mors est et umbra mortis: quantum enim umbra prope est corpori, cujus est umbra, tantum pro certo vita illa inferno appropinquat.»

Vere item S. Ambrosius, lib. *De Viduis*, loquens de Judith: «Advertitis, inquit, quantum nocere possit mulieribus ebrietas, quando viros vina sic solvunt, ut vineantur a feminis. Esto igitur vidua temperans, casta primum a vino, ut casta possit esse ab adultero; nequaquam te ille tentabit, si vina non tentent. Nam si Judith bibisset, formisset cum adultero; sed quia non bibit, haud difficile ebrius exereuit unius sobrietas et vincere potuit et eludere.» Et S. Fulgentius, epist. 2, ep. XIV: «Egreditur, inquit, castitas oppugnata lasciviam, et ad interitum superbie humilitas sancta procedit: ille pugnabat armis, ista te-

junis; ille ebriofatus, ista oratione. Igitur quod omnis Israelitarum populus facere non potuit, sancta vidua castitatis virtute perfecit. Obtruncavit una mulier tanti agminis ducem, et insperatam Dei populo reddidit liberatam. Tantum potuit humilis castitas,» cujus mater fuit sobrietas.

Nota hic septem virtutes et dotes viduarum: *prima* est, filios et domum pie regere; *secunda*, parentes colere; *tertia*, mortuo marito, sperare in Deum; *quarta*, instare orationi; *quinta*, fugere delicias; *sexta*, esse irreprehensibiles; *septima*, piis operibus se dedere, maxime hospitalitatis et misericordie, ut ait vers. 10. Talis fuit Anna prophetissa, *Luca II*: «Cujus diversorium, inquit S. Ambrosius, lib. *De Viduis*, erat in templo, colloquium in prece, vita in jejuniis.» Talis fuit et Judith; vide Ambrosium ibidem, et Augustinum, lib. *De Bono viduitatis*. Talis etiam vidua fuit S. Paula Romana, Bessilla, Melania, ut patet ex earum Vita apud S. Hieronymum. Talis vidua fuit Euphrasia Romana, que juvenula nobilis et polens, mortuo marito, cum ab imperatore urgeretur ad secundas nuptias, omnibus abdicatis, secessit in Thebaidem, ibique in sancta viduitate inter Sanctos vixit et mortua est. Talis fuit et Constantia, filia Constantini Imperatoris, que Gallicano marito, duci totius exercitus, persuasit, non tantum fidem Christi, sed et continentiam, ceterum et votum uterque nuncupavit; unde ipse se totum pauperum ministeriis addixit, et sub Juliano Apostata gloriosum martyrium consummavit. Talis fuit S. Elisabeth, filia regis Hungarie, que juvenula, marito mortuo, totam se addixit curæ pauperum et ægrotorum. Talis fuit S. Brigida, vidua nobilissima, que totam se peregrinationi ad loca sancta addixit, Romam et Hierosolyam adit, multa monasteria fundavit, multaque alia heroica opera perfecit. Talis fuit Olympias, que Nebrido marito, prefecto urbis Constantinopolitane, secundo conjugii anno mortuo, juvenula secundum maritum respuit. Cumque Theodosius Imperator eam plane conjungere vellet Elpidio cuidam, sibi congeneri, illa resistit, dixitque: «Imperator meus si voluisset me vitam transigere cum viro quopiam, utique non ademisset mihi primum conjugem: nunc eum adimens, matrimonii molestiis me extricavit; et suave continentie jugum mihi imposuit, mentique meæ infudit.» Quare se totam addixit ministeriis templi, elemosinis piisque operibus. Unde mire eam laudat S. Chrysostomus, de qua plura in fine vers. 10. Audi et alias illustres.

Marcella, Romana nobilissima, viro post nuptias septimo mense privata est. Cum eam Cerealis, Consul Romanus, propter ætatem et antiquitatem familie et insignem decorem corporis, ac morum temperantiam ambitiosus peteret, suasque jam grandis natu polliceretur divitias, et non quasi in uxorem, sed quasi in filiam vellet donationem transfundere, Albinaque mater tam clarum præsidium viduata domus ulro appeteret; illa res-

Septima
dotes vi-
duarum.

Vita ani-
mæ est
Deus.

Vita in
deliciis
est aurum.

ita tamen ut vidua ab hac cura praesentim circa mulieres non omnino excluderentur, sed diaconos haberent praesides, quibus ipse subservirent. Hae viduae vocatae sunt, vel certe in harum locum successerunt, diaconissae.

Diaconissarum autem tria maxime erant munia, ut colligitur ex Epiphano, *haeresi 79*, et Clemente, *lib. III Constit.*, cap. xv.

Primum, laicae erant, nec ordinatione ulla consecrabantur, sed praerant foribus templi, iis scilicet quibus femine in templum ingrediebantur; sicut enim femine in templo locum habebant a viris distinctum, ita habebant et fores distinctas. Unde S. Ignatius, *epist. ad Antiochenos*, diaconissas vocat vestibulorum custodes.

Secundum, tempore persecutionum, cum ob pericula, vel ob suspiciones infidelium, ad mulieres multi non posset diaconus, mittebatur diaconissa, ut consilia, exhortationes, mandata Episcopi vel Parochi perferret, utque fideles in fide roboraret, et in persecutione, paupertate, morbo alisque sermibus solaretur et adjuvaret.

Tertium, praerat baptismi mulierum, easque nudabat; idem faciebat in earundem unctione. Rursum, cum Episcopus ungeret in Confirmatione frontes mulierum oleo sancto, diaconissae eas abstergebat. Ita Epiphanius supra, Clemens, *lib. III Constit.*, cap. xv, et alii. Denique corpora mulierum cum moriebantur, lavabat et componebat ad sepulturam, ut ex Epiphano et aliis colligitur.

Hae diaconissae fuerunt diu in Ecclesia Graeca, non autem Latina; nam Latini statim eas aboleverunt, ut patet ex Concilio Aurelianensi II, *can. 17*, et aliis; unde et earum apud Latinos vox est mentio. Perperam ergo Calvinus docet Apostolum hic tantum probare vota continentiae facta a sexagenariis. Imprimis enim Apostolus non loquitur de virginibus, ut recte annotavit Chrysostomus, sed viduis, in quibus ob experientiam et consuetudinem conjugii difficilior et periculosior est castitas. Rursum, non loquitur de quibusvis viduis, sed de Ecclesiasticis tantum, quae quasi diaconissae ceteris praesse instar matrum debebant, uti fateretur Beza; ac consequenter non loquitur de admissione ad votum continentiae, sed de admissione ad collegium hoc viduarum, quod non nisi gravissimis, amosissimis, lectissimis matronis constabat. Sed de hoc plura vers. 14.

QUE (vidua) FUERIT UNIVS VIRI UXOR. — Beza sic explicat, q. d. Quae simul non habuerit plures maritos, aut quae suum maritum non repudiavit, adherens alteri, id est quae non sit adultera; quia, inquit, secundae nuptiae sanctae sunt; ergo propter eas nemo arendus est ordine. Sed haec explicatio ita inaudita est, ut non tantum, vel ipsomet Beza hae, sit contra omnes Patres, sed etiam contra Calvinum, quem Beza agnoscit suum magistrum, nec aliter compellere solet quam doctissimum interpretari. Nam omnes doctores tam veteres quam moderni, quam etiam Calvinus hic, univiram ab-

solute, id est quae secundas post mortem mariti non inerat nuptias, ut bivira, aut digama dici non possit, ab Apostolo significari et requiri intelligunt.

Probat id Calvinus ex eo, quod Apostolus dicat, non, Quae sit, sed, Quae fuerit unius viri uxor. » Quid enim hoc est dicere aliter, quam quae tota vita non habuerit nisi unum virum? Hoc enim merito a tali vidua, quae aliis praesit, quasi argumentum insignis continentiae et castitatis, exigit Apostolus. Nam ab aliis omnibus feminis conjugatis requiritur jus naturae et gentium, ut uni viro suo adhaereant, non alteri, id est ut non sint adulterae. Illic autem ab hac vidua selecta peculiaria dotes efflagit Apostolus. Non ergo per « unius viri uxorem » intelligit eam, quae non sit aut fuerit adultera, sed quae unum tantum cum uno inierit nuptias: haec enim est dos viduae continentis, etiam iudicio Gentilium, de qua laudatur Judith, *cap. xv*, vers. 11, quod scilicet fuerit univira, non bivira. Audi didonem, *lib. IV Aeneidos*, se univiram viduam depredicantem :

Ille meos, primus qui me sibi junxit, amores Abstulit, ille habet secum servatque sepulcro :

« Si communi lege naturae, inquit Hieronymus ad *Salmestram*, damnat Gentilis vidua omnes voluptates, quid expectandum est a vidua Christiana, quae pudicitiam suam non solum ei dat qui defunctus est, sed et ei cum quo regnatura est? »

Hinc patet eodem sensu exegisse Apostolum vers. 2, *cap. III*, ab Episcopo, ut sit « unius uxoris vir, » scilicet ut Episcopus talis sit, qui unum tantum tota vita habuerit uxorem. Negat id Calvinus, vultque alio sensu hic viduam dici unius viri uxorem, alio vero sensu dici Episcopum unius uxoris virum, scilicet viduam proprie dici univiram, quae non nisi semel uni viro nupsit; Episcopum vero dici unius uxoris virum, qui simul plures non habuerit uxores, etiamsi successively plures habuerit. Probat id, quia Apostolus de vidua dicit in praeterito : « Quae fuerit unius viri uxor, » de Episcopo vero dicit, in praesenti: « Oportet Episcopum unius uxoris esse virum. » Sed hoc est distorquere verba Apostoli. Quis enim non videt utrobique eandem esse phrasim, ac consequenter eandem sententiam et sensum? Cum enim in conjugio utriuslibet conjugis par sit jus et vinculum, pari prorsus sensu est et dicitur, « unius uxoris vir, » atque « unius viri uxor, » sive addas est in praesenti, sive fuit in praeterito. Haec enim verba rem et parasim non mutant, sed tantum tempus rei denotant. Perinde enim est ac si dicam, est monogamus, vel fuit monogamus, ubi idem intelligo per monogamus, sive dicam est, sive fuit. Rursum, quis non videt maiorem castitatem requiri a viro, eoque Episcopo, quam a femina, eaque vidua?

Ad argumentum ejus respondeo, Apostolum de Episcopo loqui in praesenti, non quod velit in-

praesenti Episcopum esse conjugatum cum una uxore. Quid, si enim viduus esset aut caelebs, an idem ineptiret asset ac non aptior ad episcopatum? Sed quia per praesens stylum Episcopi praesentem significat, r mirum debere eum esse monogamum, ita v. scilicet digamus, id est, ut cum secunda uxore secundas nuptias nunquam contraxerit; id clare significant verba Apostoli; sic enim ait : « Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, prudentem. » Ubi « unius uxoris virum » est epithetum per se subsistens, aequae ac hic « unius viri uxor; » significat enim utrumque debere esse monogamum. Dices : Cur ergo de vidua hic dicitur fuit, ubi vero de Episcopo dicitur est? Respondeo, quia vidua, cum sit viro viduata et orbata, non est, sed fuit unius viri uxor. Episcopus vero in praesenti poterat esse unius uxoris vir : vivente enim uxore poterat eligi, et de facto tunc saepe eligebatur ad episcopatum, ut de eo dicitur postea : Hic Episcopus in praesenti est unius uxoris vir. Plura de hoc loco dicit *cap. III*, vers. 2.

10. SI FILIOS EDUCAVIT. — per se et ad pietatem. Perstringit enim matres quae filios quos gignunt, aliis tradunt educandos, aut certe rite et ad pietatem eos non educant. Sub filiis et filias intellige : graece enim est *ἐκτρέφειν*, id est, si proles educavit.

SI HOSPITIO RECEPIT. — et *ἐπιδοῦναι*, id est, si fuit hospitalis, in peregrinis scilicet et pauperibus hospitio expiendis.

SI SANCTORUM PEDES LAVIT. — « Sanctorum, » id est Christianorum peregre venientium. Hinc patet primum esse morem, ut advenis ex itinere fessis pedes laventur. Idem fecit Abraham, *Gen. XVIII*, 4, et Abigail, *1 Reg. XXV*, 41, et Magdalena Christo, *Luc. VII*, et Christus discipulis suis in ultima cena. « Cum enim, ait Augustinus, tract. 58 in *Joan.*, ad pedes fratrum inclinatur corpus, etiam corde ipso vel excitator, vel, si jam inerat, confirmatur plus humilitatis affectus. » Sub hoc sordido et servili praestitio officio reliqua charitatis et humilitatis obsequia intelligit Paulus, vultque ut illa ipsa crearet vidua per se, non per ancillas, inquit Chrysostomus, qui, hom. 14, accommodat haec Religiosis : illos enim esse sanctos, qui se totos Deo dicarant. Unde a eos fovendos et colendos hortatur divites, die ns : « Perge, quare, hospitio suscipe, accede, tange sacros pedes; longe honorabilis est illorum pedes quam aliorum caput attingere; nam si statuarum pedes plerique tenent quod effigiem habeant regiam, tu illi, qui Christum ipsum in se habet, pedes non tenebis, ut salvus fias? Sancti sunt pedes, etiamsi viles sunt. Ad vero profanorum ne caput quidem honorabile. » Tales tempore S. Chrysostomi, ut habetur in ejus Vita, fuerunt nobilitate et sanctitate illustres femine et diaconissae, Procula, Pentadia, Sylvia.

SI OMNE OPUS BONUM SUBSECUTA EST. — S. Hiero-

nymus, in *cap. vii Zachariae*, legit, *prosecuta est*, id est, ut Syrus et Vatablus, si in omni opere bono fuit assidua, si omne opus bonum est consecuta. Notanter vero dicit *ἐκτρέφειν*, id est, *subsecuta est*, non autem *operata*, quia saepe deest facultas operis pii exequendi. Requirit ergo Apostolus, ut saltem non desit pia voluntas et conatus, quo bonum opus prosequatur, aut potius quo illud ipsum opus quasi antecedens et antecurrens subsequatur; utque alteri bene operanti, inquit Theophylactus, subserviat, in quovis bono opere comitem se adjungat : uti videmus pietas et zelosus mulieres omnia venari et sectari pietatis opera, et omnibus se immiscere et manum admovere.

Accipite, o vidua, accipite et virginis, rarum et illustre harum virtutum speculum quod quondam intueamini, S. Olympiadem nobilissimam et opulentissimam matronam, quem in conjugio virgo permansit, mortuo marito vitam supra sexum admirabilem egit. Narrat eam paucis Palladius in *Lausiaca*, *cap. XLIV*. Imprimis omnes quas habebat maximas, in pauperes omnium generis et viduas locorum assidue erogabat. « Non rus, ait, non solitudo mansit expers largitionum hujus invidye virginis; sed et ecclesis suppeditavit ad donaria deputata sacrificio, et monasteriis, et cenobis, et xenotrophiis, et custodiis, et trigatis; et, ut semel dicam, in omnem orbem terre dispersit eleemosynas. » Belinde ejus humilitatem, charitatem, continentiam narrat: « Hae beata processit usque ad extremum terminum humilitatis, ultra quam nihil possit inveniri amplius. Vita sine ulla inani gloria, species nequaquam ficta, benigni mores, facies non fucata, corpus florens, mens non gloriosa, animus ab arrogancia alienus, cor minime turbulentum, somni expers vigilia, spiritus non euriostus, charitas immensa, quae comprehendens non potest communicatio, vilitas et contempta vestis, infinita continentia, recta cogitatio, in Deum spes aeterna, cum eleemosyna quae non potest narrari, ornamentum omnium humilitatis: cui multas sunt accensa tentationes ex operatione ejus qui est sua sponte malus et omnis boni expers, nempe demonis; quae pro veritate non parva adit certamina; quae et diu affatim, vixit in immensis lacrymis, omni humane naturae subjecta propter Dominum : cum omni pietate sanctis subdita Episcopis, venerans presbyteratum, honorans eorum, reverens exerecitionem, suscipiens virginitalatem. » Adhaec ejus opera misericordiae erga omnes ita recenset : « Erat opem ferens viduitati, curam gerens orbitali, protegens senectulem, agrotos invisens peccatorum miserans, errantes in viam reducens, in omnes utens misericordia, profuse autem in pauperes, melius fidei in catechesi institutus uxoris, etiam ad victum ejus ferens auxilium, semper memorabile nomen benignitatis reliquit per totam vitam. A servitute in libertatem innumerabilium servorum restituens examina, reddidit eos honore aequales suae nobi-

Rara virtutum S. Olympiadis exempla.

Diaconissarum autem tria maxime erant munia, ut colligitur ex Epiphano, haeresi 79, et Clemente, lib. III Constit., cap. xv.

Primum, laicae erant, nec ordinatione ulla consecrabantur, sed praerant foribus templi, iis scilicet quibus femine in templum ingrediebantur; sicut enim femine in templo locum habebant a viris distinctum, ita habebant et fores distinctas. Unde S. Ignatius, epist. ad Antiochenos, diaconissas vocat vestibulorum custodes.

Secundum, tempore persecutionum, cum ob pericula, vel ob suspiciones infidelium, ad mulieres multi non posset diaconus, mittebatur diaconissa, ut consilia, exhortationes, mandata Episcopi vel Parochi perferret, utque fideles in fide roboraret, et in persecutione, paupertate, morbo alisque sermibus solaretur et adjuvaret.

Tertium, praerat baptismi mulierum, easque nudabat; idem faciebat in earundem unctione. Rursum, cum Episcopus ungeret in Confirmatione frontes mulierum oleo sancto, diaconissae eas abstergebat. Ita Epiphanius supra, Clemens, lib. III Constit., cap. xv, et alii. Denique corpora mulierum cum moriebantur, lavabat et componebat ad sepulturam, ut ex Epiphano et aliis colligitur.

Hae diaconissae fuerunt diu in Ecclesia Graeca, non autem Latina; nam Latini statim eas aboleverunt, ut patet ex Concilio Aurelianensi II, can. 17, et aliis; unde et earum apud Latinos vox est mentio. Perperam ergo Calvinus docet Apostolum hic tantum probare vota continentiae facta a sexagenariis. Imprimis enim Apostolus non loquitur de virginibus, ut recte annotavit Chrysostomus, sed viduis, in quibus ob experientiam et consuetudinem conjugii difficilior et periculosior est castitas. Rursum, non loquitur de quibusvis viduis, sed de Ecclesiasticis tantum, quae quasi diaconissae ceteris praesse instar matrum debebant, uti fateretur Beza; ac consequenter non loquitur de admissione ad votum continentiae, sed de admissione ad collegium hoc viduarum, quod non nisi gravissimis, amosissimis, lectissimis matronis constabat. Sed de hoc plura vers. 14.

QUE (vidua) FUERIT UNIVS VIRI UXOR. — Beza sic explicat, q. d. Quae simul non habuerit plures maritos, aut quae suum maritum non repudiavit, adherens alteri, id est quae non sit adultera; quia, inquit, secundae nuptiae sanctae sunt; ergo propter eas nemo arendus est ordine. Sed haec explicatio ita inaudita est, ut non tantum, vel ipsomet Beza hae, sit contra omnes Patres, sed etiam contra Calvinum, quem Beza agnoscit suum magistrum, nec aliter compellere solet quam doctissimum interpretari. Nam omnes doctores tam veteres quam moderni, quam etiam Calvinus hic, univiram ab-

Univira a Gentibus bene laudata.

Hinc contra Calvinum a parti consuevit. Apostolum esse Episcopum parum magis notat.

Prorsus meo his piliis lavandi pedes.

Tertio, id aperte repugnat verbis Apostoli; dicit enim: « Habentes damnationem, » non quia luxuriate fuerunt, sed quia « primam fidem irritam fecerunt; » ergo non propter fornicationem, sed propter fidem, id est votum continentie per nuptias violatum, damnationis sunt obnoxie.

Respondet itaque, et dico: Apostolus « fidem » hic intelligit Deo datam, sive promissionem Deo factam per votum continentie. Hec enim tam irritatur et infringitur nubendo, quam fornicando. Dicit ergo Apostolus viduas has damnationis esse reas, quia irritant votum continentie Deo factum, hoc ipso quo volunt nubere. Unde Chrysostomus, Theophylactus, Œcumenius, « fidem » hanc interpretantur pactum; Ambrosius, professionem; Epiphanius, lib. II, hæresi 48, promissionem; Augustinus, votum; sic enim habet in Psalm. XLV: « Quid est, inquit, primam fidem irritam fecerunt? Voverunt et non reddiderunt. » Similia habet lib. De Bono Viduitatis, cap. viii et ix, et De Adult. conjug., cap. xv et xxiv, ubi dicit: « In illis qui voverunt castitatem, non tantum capessere nuptias, sed nubere velle damnabile est. » Sic et Chrysostomus, Theophylactus, Œcumenius: « Primam fidem irritam fecerunt, » id est, inquit, pactum, quod cum Christo sponso fecerunt, violatum. Eodem modo interpretatur hunc locum Theodoretus, Ambrosius, Fulgentius, epistol. 4; Clemens, I Const. III; Epiphanius, hæresi 61, alique Patres Græci et Latini; imo Concilium Carthaginense IV, can. 104, per primam fidem intelligit votum castitatis.

Nota, vocat hic ab Apostolo primam fidem non votum recens emissum, ut vult Ambrosius, q. d. Apostolus: Irritum fecerunt votum jam recens emissum, statim ab ipso voti primordio; sed « prima fides » vocatur votum quod primo Deo nuncuparunt. Dicitur « prima » respectu posterioris, quam cum marito homine inire volunt contra fidem primam Deo datam. Ita S. Augustinus, lib. De Bono Viduit., cap. viii, et Innocentius I, epist. 2, cap. xiii.

Nota secundo: Pro irritam fecerunt, græce est « ἠὲρρα », quod secundo, cum Syro et Vatablo, verti potest, repulerunt, vel rejecerunt. Noster etiam recte vertit, irritam fecerunt. Sicut enim qui promissionem suam adimplet, eam ratam facit; ita qui non adimplet, eandem irritam facit. Sic Num. CXX, 3, dicitur: « Si quis virorum votum Domino Joverit, non faciet irritum verbum suum; sed omne quod promisit, implebit. » Sic Genes. xvii, 14, qui non circumciditur octavo die, dicitur irritum facere, id est, violare, pactum Domini. Sic Psal. LXXXVIII, 33, dicitur: « Que procedunt de labiis meis, non faciam irrita, » q. d. Que ore meo promisi, non negabo, aut revocabo; sed re ipsa prestat et implebo.

Hinc patet, tempore Christi et Apostolorum tata fuisse in Ecclesia vota continentie; eaque

quasi sancta, admissa fuisse a Paulo et Episcopis: nam, ut docet S. Thomas, II II, Questio. LXXXVIII, art. 6, opus ex voto factum melius est et Deo gratius illo quod sponle sine voto fit. Cuius ratio est, quia opus quod ex voto fit, non tantum elicitur a propria virtute, - g. castitatis, cuius proprium est opus, sed etiam refertur ad nobiliorem virtutem, puta religionem, a qua imperatur: votum enim est pars quedam et actus virtutis religionis, que virtutum omnium moralium est nobilissima. Unde S. Augustinus, lib. De Sancta Virgini., cap. viii: « Neque, inquit, ipsa virginitas, quia virginitas est, sed quia Deo dicata est, honoratur: que licet in carne servetur, spiritus tamen religione ac devotione servatur, ac per hoc etiam virginitas corporis spiritualis est, quam votum et servat continentia pietatis. » Et infra: « Honoratus in animi bonis illa continentia numeranda est, qua integritas carnis voveretur, consecratur, servatur. » Aliam rationem idem dat Augustinus, epist. 43 ad Armentarium: « Non te, inquit, vovisse pœniteat, imo gaude jam tibi non licere quod cum tuo detrimento licuisset. Aggredere itaque intrepidus, et dicta factis imple: ipse adjuvabit qui vota nostra expetit. Felix necessitas que ad meliora compellit! »

Tertiam rationem dat S. Anselmus, lib. De Similitudinibus, quod amplius sit dare arborem cum fructibus, quam solos fructus. Qui non voverit, solum dat fructus virtutum: qui voverit, dat etiam Deo arborem ipsam, scilicet voluntatem et libertatem suam, ut aliud quam vovit, nec velle, nec facere possit.

Horum votorum in monastica professione sacrum et quasi nuptialem ritum describit S. Dionysius Areopagita, De Eccles. Hierar., cap. vi. Vide dicta II Cor. xi, 2. Unde S. Augustinus, lib. De Bono Viduit., cap. xi; Cyprianus, epist. 92; Hieronymus, lib. I Contra Jovinianum, ad alteras vocant et incusant eas, que post continentie votum in continentia non vivunt; quia scilicet fidem datam Christo sponso, cui se consecrarunt et per votum quasi mystice nupserrunt, violant. Quod intellige non quasi matrimonium, quod post votum inibat, fuerit irritum, adeoque fuerit adulterium, non matrimonium; sed quod illicite illud, sacrilege et cum gravi peccato mortali inirent. Nam S. Augustinus, lib. De Bono Viduit., cap. ix, et De Sancta Virgini., cap. xxxiv, expresse docet virgines, si post votum nubant, validum contrahere matrimonium. Posterioribus vero sæculis Ecclesia statuit, ut voto solemnem castitatis, que faciunt monachi et Religiosi dicuntur matrimonium; ita ut, si monachus jam mire velit matrimonium, frustra id attentet, nec cum aliqua validum contrahere possit matrimonium. Quando hæc solemnitas voti cœperit esse impedimentum dirimens matrimonii, non adeo constat. Verisimile est diversis in locis diversis temporibus cœpisse, sed generalim a tota Ecclesia receptum esse

non erant
vota con-
tinentie.
Opera
quod est
et voto,
necesse
est eo
quod sit
speciale;
quod
Ritu-
ria.

Præter-
ea mu-
Borum,
p. v. q.
venerit
tempore
Aristote-
lis.

Nota de
Sinas.

Femina
est aliud
genus lo-
quutionis,
ut Plato.

Semper
occupari
debet.

Terria.
Qui vo-
vet, dat
Deo arbo-
rem cum
fructibus.

Que vo-
vent con-
tinentiam,
sunt
sponsæ
Christi.

Omni vo-
tum con-
tinentie
non irritat
matrimonium.

Quando
hoc vo-
tum cœ-
perit ir-
ritare
matrimo-
nium?

sub annum Domini 1139, quando sub Innocentio II, in Concilio Romano hoc impedimentum communi Episcoporum decreto sancitum et constitutum est.

13. SOLUM AUTEM ET OTIOSE DISCUNT CECIDERE DOMOS. — Dedit primam causam, cur adolescentiores viduas non admitti in cœtum viduarum que ab Ecclesia aluntur, scilicet quod, cum ab Ecclesia delicate habeantur, nubere velint: hic dat secundam, scilicet quod cum labore sibi victum parare non debeant, otio vacent, et otiose per domos oberrent; hoc autem turpe est in feminis, maxime viduis. Unde Aristoteles, lib. V Politic., asserit suo tempore in urbis creatum fuisse prefectum, qui mulieribus intenderet, ne vagarentur, sed domi se continerent: et apud Sinas, inquit Magalilianus, etiam hodie nervus pedis eliditur puellis, ne domo exeant.

NON SOLUM OTIOSE, SED ET VERBOSE (ἐπιδαρσι, id est nugacæ, inepte loquacæ, garrulæ) ET CURIOSÆ, LOQUENTES QUE NON OPORTET. — Nimirum ex otio sequuntur circumversatio, garrulitas et curiositas, alaque feminarum vitia, ut docet S. Augustinus, lib. De Sancta Virgini., cap. xxxiii. Nam, ut soletur dicere Plato, lib. VI De Legibus, femina aliud genus hominum est et differens, nobisque oculis et versutus natura propter imbecillitatem, atque ita minus ordinari potest: ut ergo ordinetur, congrue et perpetuo occupari debet. Hinc S. Hieronymus, epist. 7 ad Letaniam, de Institut. filiarum, ita præcipit: « Orationi lectio, lectioni succedat oratio; breve videbitur tempus, quod tantis operam varietatibus occupatur. Discat et lanam facere, tenere colum, ponere in gremio calathum, rotare fusum, stamina pollicæ ducere, » etc. Atque illud est, quod in forti illa muliere laudat Salomon, Proverb. cap. xxxi, vers. 13 et 19, dicens: « Quesivit lanam et lium, et operata est consilio manuum suarum: manum suam misit ad fortia, et digiti ejus apprehenderunt fusum, stragulam vestem fecit sibi, » etc.

14. Volo ergo juniores nubere, filios procreare, matresfamilias esse, nullam occasionem dare adversario maledicti gratia. — Apostolus hic « non legitur filii junioribus viduis, sed remedium ostendit, » inquit Augustinus, cap. viii De Bono Viduit., scilicet ut nubant cum est in eis periculum luxuriæ et incontinentiæ, ut præcessit. Ita S. Ambrosius, lib. De Viduis: « Pro remedio, inquit, nuptias suscipit Paulus, ut peritura sanaretur, non pro electione præscripsit. » Unde S. Chrysostomus: « Volo, inquit, quia ipse volant, et nupturunt. » Et S. Hieronymus, epist. 11 ad Ageruchiam: « Non viduas velat esse Paulus, sed adulteras; quia melius est digamum esse, quam scortum. » Idem ad Salvianum, epist. 8: « Cur, inquit, nuptias Paulus indulserit, statim subjicit: Jam quedam declinaverunt post Satanam. Ex quo intelligimus non stantibus coronam, sed jacentibus manum porrigere. Vide qualia sint secunda ma-

trimonia, que lupanaribus præferuntur: quia declinaverunt quedam post Satanam. Ideo adolescentula vidua, que se non potest continere, vel non vult, maritum potius accipiat, quam diabolum. » Et Primasius: « Volo, inquit, id est concedo tales nubere, antequam promittant, quod non valent implere (1). »

Hinc patet primo, Apostolum loqui tantum de viduis, eisque liberis, nec voto astrictis, quibus non præcipit, sed indulget, et pro remedio incontinentiæ offert nuptias: alioqui enim damnaret omnes viduas juniores, que sponle sua magna animi constantia in celibatu et viduitate permanere constituerunt, quod non « sana mentis dixerit, cum ipsa S. Scriptura laudet Annam prophetissam, quod postquam vixisset cum viro suo septem annis a virginitate sua, vidua permanserit usque ad annos 84, Luc. II, 36.

Adde, Apostolum multarum inconstantiam expertum optasse, ut juniores passim nubere: id significat vox illativa ergo, cum ait: « Volo ergo juniores nubere, » quia scilicet « multe cum luxuriate fuerint in Christo, nubere volunt. » Nam illas, que castitatem et constantiam suam satis probassent, maluit Apostolus continere et manere cælibes, ut patet I Corinth. vii 8: Dico, inquit, non nuptis et viduis: Bonum est illis, si sic permaneat sicut et ego. » Et ar. hinc: « Quod si non se continent, nubant. » Ne ergo Apostolus sibi hic sit contrarius, idem hic supplicandum est hoc modo, volo juniores nubere, subaudi, si se non continent.

Sic jam sanæmque puellis, præsertim levioribus et inexpertis, dicentes: Aut nubes, aut te reclude, et vulgo dicimus: « Mulieri aut murus, aut maritus, » quia nimirum ob ætatis et sexus illius infirmitatem multis periculosum est privatum profiteri virginitatem domi sue, cum inter juvenes aliasque libidinis illecebras assidue versentur: unde expedit eis, vel ut nubant marito, vel ut muro et claustrum monasterii, si virginitatem vovere velint, se includant.

His tamen non obstantibus videmus sanctas et castissimas virgines, que occasione omnes luxuriæ fugiunt, sequæ diu præstant, et mentem plane in castitate confirmant, domi suæ puram et angelicam vitam agere: idque viri prudentes eis consulunt et laudant; experientia enim docet, eas ita sine periculo pie admodum et sanæ vivere; ut, si virginitatem voveant, quod nonnullæ faciunt, facile cum Dei gratia eam præstare possint.

Hinc patet secundo, Apostolum non damnare adolescentularum vota, ut vult Calvinus, quando scilicet recte se probant, maxime in monasteriis, ubi reclusæ, et a mundo mundique illecebris ac tentationibus separatæ, annum jam habent pro-

(1) Ita et Rosenmullerus, qui ait: « Βοήθειαι, volo, comparative sumendum est pro malo. »

Apostolus non loquitur de voto astrictis.

Sed de inconstantibus que non continent se.

Mulier aut maritus, aut murus.

Apostolus non damnare vota ado-lescentularum.

probatur. bationis ac novitatus, quem tempore Pauli non habebant; magistras insuper, orationes aliaque adminicula continentia. Unde et Concilium Tridentinum jubet eas ante examinationem ab Episcopo, vel Episcopi vicario examinari, an satis probate et parate sint; vetatque ne qua ad professionem admittatur, quae satis probata et parata reperia non fuerit. Pulehre S. Ambrosius, lib. III *De Virginitate*: « Non mireris, inquit, in adolescentulis professionem, cum legis in parvulis passionem; et de his scriptum est: Adolescentula dilexerunt te nimis. »

Subdit Ambrosius, quod adolescentia et senectus, non in amnis, sed in morum vel levitate, vel maturitate consistat. « Non ergo, inquit, aetas relictur florentior, ubi morum est senecta. Theclam non senectus, sed virtus probavit. Ex ore infantium profectis laudem. »

Adde, Apostolum loqui de adolescentulis non virginibus, sed viduis, in quibus ob habitum conjugii difficilior et periculosior est continentia, ut dixi ex Chrysostomo. Unde etiamnum in multis monasteriis virginum non admittuntur, vel aegre admodum viduae, quia vix assurgunt ad puritatem virginum, quin in verbis et gestibus conjugum et conjugium redoleant, et si corruptis sint moribus, plurimas corrumpant.

Denique Novantibus lapsus aliquarum exaggarantibus respicit S. Augustinus, epist. 137 ad clericum et populum *Hippensem*: « Si aliqua, inquit, adulterata est, nemo proficit uxorem suam, nemo matrem accusat; cum autem de Deo sacra- tis aliquid criminis falsi sonuerit, vel veri patuerit, instant, satagunt, ambiunt ut de omnibus credatur. »

Moraliter, hoc consilium Apostoli sequantur confessarii, ut juvenulis, recipere quae domi inter suos degunt, vel praesertim perpetua continentie non permittant, nisi diu et plane castitate probantur: potius initio menstrua tractant, vel annua vota eis concedant, ut de mense in mensem, vel de anno in annum vetera renovent et prolongent.

FILIOS PROCREARE. — Sub procreacione hic, uti et cap. II, vers. 13, etiam rectam educationem filiorum intelligit; haec enim potissimum est finis et potissimum bonum matrimonii, « ut parentes filios suos ex membris primi hominis transferant in membra Christi, » inquit Augustinus, lib. I *De Nuptiis et concup.*, cap. IV.

MATRESFAMILIAS ESSE. — *κείθεν*, id est, domum sive familiam administrare et gubernare. Notat nomen matris, vel patrisfamilias, ancillae et parochos, qui sunt in familia, ab heris tractari debere quasi filios, ut soletur annotavit S. Augustinus, lib. XIX *De Civit.*, cap. XVI; imo et Gentilis Macrobius, lib. I *Satur.*, cap. XI. Unde S. Hieronymus, ad *Celsianum*: « Familiam tuam, inquit, ita rege et confove, ut te matrem magis tuorum, quam dominam videri velis; a quibus benigni-

Theclam non senectus, sed virtus probavit.

Car mo- randa agere admittant viduas.

Confessa- rii ado- lescentu- lis potius menstra quam perpetua cono- ciant vo- ta.

Ancilla quasi fi- lia a ma- tre tractanda.

tate potius quam severitate exigo reverentiam. »

NELAM OCCASIONEM DARE ADVERSARIO MALEDICTI GRATIA. — « Adversarium » intelligit hominem infidelem, vel potius diabolum: hic enim graece antonomastice cum articulo dicitur, ὁ ἀντιπαύλος, id est, illo adversarius, qui scilicet homines omnes suscitavit ut adverserent Ecclesiae Christi. Idque « maledicti gratia, » id est, ad Ecclesiam maledicendum: hoc enim significat Graecum *κατάμαχον*. Secundo, τὸ γὰρ, id est gratia, quasi redundet, omisso, sic clare cum Syro vocatur, *non adversario dare occasionem maledicentiae*. No scilicet diabolus incitet infideles, si videant juniores viduas otiosas, vagas, adeoque impenes viventes, ut maledicant Ecclesiae; hinc « volo eas nubere, » et in domus cura occupari, ut earum juvenilis inconstantia matrimonii iugo astringatur, alligetur et firmetur, inquit Theophylactus.

13. JAM ENIM QUIDAM CONVERSAE SUNT (Ambrosius legit, *depravaverunt*) **RETRO SATANAM.** — *ἴσθια* τῶν Σατανᾶ, id est post Satanam, q. d. Quendam relicto Christo, cui se per votum continentiae desponderant, secute sunt Satanam incontinentem libidinis omnisque peccati, dum contra votum nuptias hominum inierunt. Hic detegit Apostolus causam, cur velit juniores nubere, esse, non quod nuptiae meliores sint et gratiores Deo, sed quod eis periculum foret ab incontinentia, in quam expertus erat multas juniores labi. Ita Theophylactus.

16. SI QUIS FIDELIS HABET VIDUAS, SUBMINISTRET ILLIS, ET NON GRAVETUR ECCLESIA: UT HIS QUAE VERE VIDUAE SUNT, SUFFICIAT. — Graeci, Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius legunt, *ὅτι καὶ ἡ κτλ.*, id est, si quis fidelis, aut si qua fidelis. Noster sub masculino « si quis » comprehendit femininum « si qua, » q. d. Apostolus: Si quis Christianus paterfamilias, aut si qua Christiana materfamilias domi habet viduas, puta matrem, sororam, cognatam, jam grandaevam, quae suo labore victum sibi parare non possunt, aliat eas sumptibus suis, et non gravet Ecclesiam, ut Ecclesia possit alere eas quae vere viduae sunt, id est omni solatio et opo destituta sunt.

Nota: ut subministret graece est *ἵνασπιτο*, id est sufficit illis, scilicet non ad lasciviam, sed ad vitae necessitatem et sufficientiam.

17. QUI BENE PRESUNT PRESBYTERI, DUPLEXI HONORE DIGNI HABEANTUR: MAXIME QUI LABORANT IN VERBO ET DOCTRINA. — Transit a viduis ad pastores qui docent et praedicant verbum Dei, et hos magis quam illas ab Ecclesia debitos esse docet.

Unde nota primo: Per *presbyteros* intelligit tam Parochos, quam Episcopos. Secundo, per honorem non tantum accipit reverentiam, sed et subsidium ac alimoniam. Si enim se explicit subdens: « Non alligabis os bovi trituranti; et: Dignus est operarius mercede sua. »

Queres, quis sit duplex honor, quem presbyteris vult impendi?

Respondent primo, Ambrosius et Haymo, duplicem honorem esse reverentiam et alimoniam. Secundo, Chrysostomus duplicem accipit respectu viduarum; quasi viduae simplici honore, id est alimonia; presbyteri vero duplici, id est duplo majori, sustentandi sint. Tertio, optime idem Chrysostomus, Theophylactus et Theodoretus: « duplici, » inquit, id est duplici, q. d. Presbyteri multo, liberali et abundanti honore, id est subsidio sustentationis praemientur. Vult enim Apostolus Praelatos, doctores et praedicatores liberaliter haberi, bene et copiose ali ac tractari: hi enim multum laborant, et si bene habeantur, magis ac melius laborare, plusque fructus facere possunt. Sic *Jeremie* XVII, 18, dicitur: « Duplici (id est duplici) contritione contone eos. » Et *Prov.* XXXI, 21: « Omnes domestici ejus vestiti sunt duplicibus, » id est multas et copiosas habent vestes. Et *Isaia* XL, 2: « Suscepit de manu Domini duplicia, » q. d. Jerusalem plurima bona, charitativa et consolationem ex misericordia Dei suscepit per Christum pro peccatis et poenis peccatorum, quas merebatur. Denique IV *Reg.* II, 9, petit Eliseus Elise spiritum duplicem, id est magnum et vehementem, valde zelosum et magnum operum patratorem. Idem jubet S. Clemens ex doctrina Apostolorum, lib. II *Constitut. Apost.*, cap. XXVIII, ubi ita sancit: « Presbyteris, si assidue in studio docendi verbum Dei laboraverint, seponatur dupla etiam portio in gratiam Apostolorum Christi, » quorum locum tenent, tanquam consiliiarii Episcopi et Ecclesiae corona: sunt enim consilium et senatus Ecclesiae. »

18. DIGNI ENIM SCRIPTURA (Deuter. XXV, 4): NON ALLIGABIS OS BOVI TRITURANTI. — Ad litteram juserat hoc Dominus *Deuter.* XXV, ut bobus proprie dictis, quibus ad trituram aiuntur Palestini, non clauderent os, quin de sua tritura possent comedere: sed per hos boves allegorice, ut explicat hic Paulus, intelligit Pastores, qui ut boves laborant in arca Domini, valido scilicet et vehementi labore, qualis est triturantium, praesertim bonum; ac consequenter edicunt equum esse, ut de hoc suo labore et tritura vivant et sustententur. Vide dicta I *Cor.* IX, 9.

DIGNUS EST OPERARIUS MERCEDE SUA. — Mercedem non proprie dictam, puta pretium aliquod temporale; sed sustentationem duntaxat intelligit. Nam concionari, Sacramenta aliaque spiritualia administrare pro mercede, id est pretio temporali, non licet: esset enim simonia. Gratis ergo haec ministrant Pastores et tantum sustentationem exigunt, propriam mercedem in caelo a Domino expectantes. Unde S. Augustinus, serm. *De Pastoribus*, cap. II: « Accipiant, inquit, Pastores sustentationem necessitatis suae a populo, mercedem vero dispensationis a Domino: non enim est idoneus populus reddere mercedem illis, qui sibi in charitate Evangelii serviunt. »

Nota: Haec sustentatio dicitur « merces, » non

Factor accipit sustentationem a populo, mercedem ex merito.

quasi detur et re ipsa sit pretium operi spirituali aequivalens; hoc enim non tantum simoniacum est, sed et falsum. Spiritualia enim nullo pretio temporali aestimari aut compensari possunt. Dicitur ergo haec sustentatio « merces, » quia propter opus spirituale ex justitia debetur sacerdoti sustentatio, sicut hortulanus propter laborem debet merces diurna: sed hoc discrimine, quod hortulanus recipiat eam ut pretium aequivalens, sacerdos vero eam recipit quasi aliquid longum minus et vilius suo opere, nec ut operis sui pretium (opus enim spirituale omne pretium temporale transcendit, nec ullo tali pretio aestimabile est), sed tantum ut sustentationem, ex justitia tamen operi suo debitam: nam sine sustentatione opus suum spirituale obire nequit.

Adde, multi theologi docent, pro labore non tantum praevio vel extrinseco, ut pro cantu in Officio divino, pro itinere quod subit sacerdos in pago, aut alio loco celebret et concionetur; sed etiam pro intrinseco labore, puta pro flagitatione et molestia quam subit in docendo, concionando, confessiones audiendo, etc., posse sacerdotem recipere mercedem, quasi pretium non operis spiritualis, sed laboris, occupationis et fatigationis suae. Ita Adrianus quodlib. VII, art. 1; Bonaventura, in 4, dist. 23, *Quaest.* ult. de simonia; Richardus eadem dist., art. 3, *Quaest.* II. Sed de hoc alibi.

19. ADVERSUS PRESBYTERUM ACCUSATIONEM NON RECIPERE, NISI SUB DOBIS AUT TRIBUS TESTIBUS. — Praescribit hic Timotheo Episcopo quomodo se gerere debeat in judicandis causis forensibus. Unde patet Episcopos tunc fuisse iudices.

Nota: Per *presbyterum* Chrysostomus, Theophylactus et Oecumenius accipiunt seniores, et presbyter hic sit nomen non ordinis, sed aetatis. Verum ordinis esse nomen patet ex vers. praeced.; significat ergo « presbyter » hic tum Episcopum, ut explicat Ambrosius, Theodoretus, Primasius, tum sacerdotem, ut explicat Epiphanius, *haeresi* 57, et alii. Ne quis ergo presbytero invidiam suam gradum et ordinem, multo magis id dandum est presbytero, cui ordi et gradus tam eminentis frenum est cohibens eum a flagitio, ut de eo facile aliquid suspicari nemo debeat. Hinc postea *Sylvestre* II, cap. *Prasul*, longe plures requirit testes: Praesul, ait, non damnetur, nisi septuaginta duobus testibus; presbyter autem Cardinalis non nisi quadraginta quatuor testibus; Diaconus non nisi viginti octo; subdiaconus, acolythus, xorcista, lector, ostiarius, non cum septem testibus non condemnentur. Quia, ait, tales in Ecclesia instituti debent, quorum sanctitati plus credatur, quam multis testibus. »

20. PECCANTES CORAM OMNIBUS ARGUE: UT ET GEA-

Sustentatio vocatur merces, cur? Respondet primo, quia ex justitia debetur operi.

quia debetur labori extrinseco, et multi volunt, intrinseco.

TERI TIMOREM HABEANT. — « Peccantes, » publice scilicet, quicumque illi sint, sive laici, sive, ut praecessit, presbyteri in iudicio per testes convincti, hos publice coram omnibus argue. Triplex enim est publicum, *primum*, quod in iudicio forensi est traductum; *secundum*, quod per facti evidentiam; *tertium*, quod per communem famam factum est publicum. De publico peccato Apostolum loqui docet Chrysostomus, Theophylactus et Oecumenius. Nam aliqui occultum peccatum non publice, sed privatim esse corrigendum docet Christus, *Matth. XVIII, 15*, hocque requirit iustitia et charitas Christiana. Ita S. Augustinus, serm. 16 *De Verbis Domini secundum Matthaeum*, conciliat haec verba Pauli cum verbis Christi.

21. TESTOR *βασίλισσα*, id est obtestor te; ita Syrus et alii CORAM DEO ET CHRISTO JESU, ET ELECTIS ANGELIS, UT HEC CUSTODIAS SINE PRAEJUDICIO, NILIL FACIENS IN ALTERAM PARTEM DECLINANDO. — « Electos angelos » vocat bonos et sanctos, quos Deus ad suam gloriam et beatitudinem ob eorum humilitatem, obedientiam, religionem et charitatem elegit; eosque opponit Luciferi et angelis reprobis, scilicet demonibus.

Nota: *Te sine praedjudicio* aliqui referant ad *nilil faciens, q. d.* Nihil facias nisi rem bene prius indagaveris et prudenter iudicaveris. Ita Ambrosius. *Secundo* et melius, alii referunt *te sine praedjudicio ad haec custodias*, scilicet, *q. d.* Testor et obtestor, ut ea que dixi de presbyteri accusatione, deque peccantibus arguendis, facias et custodias sine praedjudicio, id est sine praecognitione et praecipitatione iudicii, ita ut nemo te praecoccupet, sibi que conciliet, ut, antequam alteram partem audieris, est rem totam equo et indifferenti animo examinaveris, mente praedjudices, et ei qui te praecoccupavit, causam ad iudices. Unde Syrus vertit, *nulla anticipatione praecoccupet mens tua*. Hinc alii vertunt, *sine praesentia*, qua unum quasi amicum, divitem, nobilem, etc., alteri preferas, custodi haec mandata mea: iudicium enim debet ferri de causa, non de persona.

Index est reat praedjudicio.

Hunc sensum probant sequentia: « Nihil faciens in alteram partem declinando. » Quibus verbis alludit ad libram vel bilancem, que ut iusti sit ponderis et legitime ponderet ea que ipsi imponuntur, debet esse in equilibrio, ita ut in unam partem non magis inclinet quam in aliam, nec tamen laex magis attollatur ad deprimitur qua. Altera. Debet enim iudex quasi in lance iura aequilibrium ponderare et expendere, ita ut in neutram partem propendat, sed unicuique cause suum pondus et momentum permittat, illique, que alteri praeponderat, rem adjudicet: si secus faxit, nec cause, sed voluntatis huius magis quam illi faventis, pondus et inclinationem sequatur, rectum iusti iudicis iudicium pervertet, perversumque feret sententiam.

Hinc iustitia pingitur quasi virgo caeca, personam non respiciens, eum aequa bilance, qua cu-

jusque jus appendit et ponderat. Sic Jupiter justus iudex pingitur:

Jupiter ipse duas aequo examine lances sustinet.

Rursum nota: In Graeco triplex est lectio. Noster legit per iota, *κατά προσήκον*, id est secundum declinationem, vel declinando. *Secundo*, alii legunt, nihil facias *κατά προσήκον* per *α*, id est secundum advocacionem, quasi non iudicem, sed allerius partis quam amas, advocatum agas: verum tum potius dicendum fuisset *κατά προσήκον*. *Tertio*, Oecumenius et Erasmus, *κατά προσήκον*, id est secundum provocationem, *q. d.* Nihil facias secundum animi motum et imperium, qui iudicem ad temere ferendam sententiam in odium vel favorem alterius partis provocet. Sed nostra lectio est optima et aptissime cohaeret cum metaphora bilancis; unde eam sequitur Ambrosius, Chrysostomus, Theophylactus et alii. Unde et Syrus vertit, nihil facias *לפי פנים בממשל* *despice*, id est per acceptationem personarum.

22. MANUS CITO NEMINI IMPOSUERIS, NEQUE COMMUNICAVERIS PEGCATIS ALIENIS. — Aliqui hoc intelligunt de absolute in Sacramento penitentiae: confessorii enim, qui peccatoribus, vestri gratia concubinaris, usurariis, simoniacis continentibus, non satis contritis, aut non habentibus propositum efficac emendandi se, ut nolentibus restituere per simoniam, usuram aliaque injuste acquisita, manus imponunt, eosque absolvunt, omnibus eorum peccatis communicant, eaque in se transcribunt, omniumque rei fiunt, ac pro his Deo poenas dabunt.

Ubi nota, in Sacramento penitentiae penitentibus a sacerdote manus imponi, ut hoc symbolo a servitute peccati eos liberari et manumitti significetur. Sic olim Romani Praefores servorum, quos manumittebant, capita virgula quadam, dicta Vindicta, vel vindicta, fangebant. Unde Cicero in *Topicis*: « Si neque censu, neque vindicta, nec testamento liber factus est, non est liber. » Et Persius, *Satyra 3*:

Vindicta postquam meus a Praefore recessi, Cur mihi non liceat jussit quodcumque volentis?

Hinc Penitentiarum Rome virgas gestant easque capiti penitentium imponunt, ut significant se eos a servitute peccati in libertatem liberatos Dei asserere: hac de causa putant nonnulli Divi Apostolis esse datas, *Marci vi, 8*. Pari modo Assuerus rex virgam auream extendit super collum Esther, cap. xv, in symbolum impetratae a se gratiae. Ita Salmeron, in *Prolegomenis*, disp. 29.

Verum quia Episcopo Timotheo loquitur Paulus, qui proprium et praecipuum munus est ordinare presbyteros aliosque Ecclesiae ministros, et quia Apostolus alibi per manus impositionem intelligit ordinationem, cuius rei et ritus tres causas dedit cap. iv, 14, hinc melius Theodoretus, Chry-

Confessorii qui indignos absolvent, et non vult, et non prope in peccatis et inordinat.

Cur sacerdos solvens manus imponit? Vindicta non est liber.

ostomus, Theophylactus, Oecumenius, Primasius et alii passim censent Apostolum loqui de hac ordinatione, *q. d.* Vide, o Timothee Episcopo, ne quem temere ordines, sed unumquemque prius proba et examina, an probate sit vitae et doctrinae, talique gradu dignus: aliqui particeps fies peccatorum et scandalorum, tum eorum que talis post ordinationem in suo gradu committet, tum eorum que ante ordinationem admisit, quia propter ea ordinatione est indignus; si ergo eum ordinas, tali gradu dignum esse iudicas, ac consequenter *et* *et* eum ejusque mores et peccata approbare; itaque eorumdem particeps efficiaris. Hinc Concilium Tridentinum, *sess. XIII*, exactum examen tum doctrinae, tum vitae, ordinationi ejusque premitendum sub gravi censura sancit. Vide Chrysostomum, lib. IV *De Sacerdotio*, quam malum sit indignos et inidoneos ordinari.

Legitur in *Vita S. Leonis Papae I*, que ejus operibus praefigitur (quod et ex Sophronio recenset Baronius, anno Christi 461), quod, cum S. Leo orationibus et jejunii vacans ad sepulchrum S. Petri, Dei misericordiam ac peccatorum veniam imploraret, hoc responsum a S. Petro accepit: « Deprecatus sum pro te Dominum, remisitque ille tibi peccata, ut solum hoc a te expectandum et a te postulandum supersit, quibus adversus Apostolicam legem manum temere imposueris. » Quod si haec finit in ligno viridi, in arido quid fieri? Leone enim quis sanctorum et prudentiorum?

TERTIUM CASTUM CUSTODI. — Graecum *ἀσώβητος* proprie castum et libidinis expertem ac osorem significat.

Secundo tamen, significat purum et immaculatum ab omni culpa; unde Syrus vertit, temetipsum serva *בדבריהם* *bedakheila*, id est in puritate, innocentia; et S. Augustinus, lib. *De Gratia et Lib. Arbitrio*, cap. iv, legit, « contine teipsum. » Continentia enim generalis est virtus que omnes animi passiones moderatur et continet, easque frenationis inhibet et regit.

Unde Theodoretus, « castum » hic interpretatur incorruptum et mundum a peccato, praesertim illo, quo cito et temere cupiam manus imponunt, itaque peccatis ipsis communicatur, ut praecessit. Id ipsum ita declarat S. Augustinus, lib. *II Contra epistolam Parmeniani*, cap. XXI: « Docuit, inquit, Apostolus ex sequenti, quemadmodum quod prius dixit intelligendum sit; qui enim seipsum castum custodit, non communicat peccatis alienis: si enim communicat, consentit; si consentit, corrumpitur; si corrumpitur, castum se non servat. »

23. NOLI ADHUC AQUAM BIBERE, SED MODICO VINO UTERE PROPTER STOMACHUM TUUM, ET FREQUENTER VITAE INFIRMITATES. — Vox « adhuc, » ait Hieronymus, lib. *II Contra Joannianum*, significat Timotheum hinc usque abstemium a vino fuisse et tantum aquam bibisse, tum temperantiae, tum castitatis causa; nam, ut ait Hieronymus *ad Eustochium*:

Exemplum S. Leonis, quem probare debuit ordinari.

Continentia enim generalis est virtus que omnes animi passiones moderatur et continet, easque frenationis inhibet et regit.

Favores abstinentiam videri Timotheum.

« Vinum et adolescentia duplex incendium voluptatis est. Quid oleum ignem flammam adjicimus? quid ardenti corporeculo fomenta ignis administramus? » Et Chrysostomus: « Juvenis, inquit, pyra quadam est, que omnia succendit; idcirco Timotheus eam undique obstruebat et flammam extinguebat. Infirmetur, inquit, corpus, et non infirmetur animus; refranetur caro, et animae ad celum cursus non impediatur. »

Unde notat hic *primo*, Proseper, lib. I *De Vita contempta*, cap. XXII, Timotheum longa abstinencia se fregisse et hos morbos sibi conciliasse. Ubi obiter etiam advertit, Apostolos et Apostolicos viros praeter tot labores et arumnas, morbis quoque fuisse afflictos; nam virtus in infirmitate perficitur. Unde Chrysostomus movens questionem cur Paulus, qui tot infirmos per miracula sanabat, Timotheum quoque non sanari, respondit id hac de causa factum esse, ut, si viderimus, inquit, viros magnos et virtute praecclaros infirmari, nihil moveamur, sciamusque morbos materiam esse humilitatis, patientiae et fortitudinis illorum, nosque his admodum miseriae praesentis, ut ad resurrectionem et alteram vitam beatam aspiramus. Vide hanc Pauli sententiam egregie tractantem Chrysostomus, hom. *1 ad Populum*, ubi octo dicit causas, cur permittit *123* in hac vita sanctos viros morbis et arumnis affligi.

Nota *secundo* Pro infirmitate graece est *ἀσθενεία*, quod non tam morbos quam corporis debilitates significat, que et ipsa morbus quidam sunt et saepe cum morbo conjunctae. Nam et *προpter stomachum*, significat stomachi caechixia, cruditate, ac consequenter morbo laborasse Timotheum.

Nota *tertio*, eum mortificatione et morbis zelum Timothei. « Illud, inquit Chrysostomus, quisquis mirari possit, quod tantum debilitatus et tanta eum aegritudine luctans hae negotia non negligebat, sed amplius quam valentes et corpore vigentes, cum proreptore omnibus in certaminibus et alternis periculis communicabat: nec enim sapientiam redarguit corporis imbecillitas. Tantum valet in Deum zelus, tam leves efficit alas! »

Nota *quarto*, quod ait *propter stomachum*, nam, ut ait Celsus, lib. I, cap. II, « infirmis stomacho, quo in numero magna pars urbanorum, omnesque pene cupidi litterarum sunt, observatio major est necessaria, ut quod vel corporis, vel loci, vel studii ratio detrahit, cura restituat. » Ita S. Hieronymus, Gregorius, Bernardus, alique Sancti contemplationi et studio dediti, sto. vacho laborarunt, ejus physica ratio est clara. Quia enim tantum in homine est anima, que simul est vegetativa, sensitiva et rationalis, quaeque consequenter se suasque vires solum exercere debet in nutritionem, sensationem et intellectionem. Hujus autem animae vires sunt valde limitatae, debiles et exiguae, praesertim ita partite et distractae. Anima ergo tota in cerebro vacans mentis attentioni, studio,

Apostoli morbis afflicti.

Timotheum noluit sanare Paulus, quia morbus est materia virtutis.

Timothei in morbis et mortificatione solus.

Additi studii et meditationibus laborantibus cur?

Causa Prima.

contemplationi, vix in stomacho vacare potest concoctioni & digestioni: unde stomachus tam spiritibus et calore, quam anima influxu destitutus et languens cibum concoquere et digerere non valet; sed cum semicocctum et indigestum relinquit: ex quo cruditates, phlegmata, catarrhi, aliaque mala oriuntur.

Aliam causam dat S. Gregorius, lib. III *Moral.*, cap. xxx, scilicet, quod caro, cum per spiritum ad tam alta contemplanda super se assurgit, attenuetur et infirmetur, quodque vis divini amoris animam et corpus liquefaciat et enervet. « Qui vero, inquit, in auctoris sui amore roborantur, quo magis in concupita Dei fortitudine convalescunt, eo a propria virtute deficient; et quo robustius eterna appetunt, eo a temporalibus salubri affectione liquantur. Hinc David amoris sui robore fessus dicebat: *Defecti in salutaria tuum anima mea*; et sponsa: *Anima mea liquefacta est, ut dilectus meus locutus est*; et: *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languo*. Sic et Daniel cum visionem Dei conspexisset, cap. viii, vers. 27: *Elangui, inquit, et egrotavi per dies plurimos.* » Subdit S. Gregorius: « Caro enim ea, que sunt spiritus, capere non valet, et ideo non nunquam cum mens humana ultra se ad videndum illa ducitur, necesse est, ut hoc carneum vasculum, quod ferre talenti pondus non valet, infirmetur. »

Nota quinto: Præcipit Paulus Timotheo agro usum vini, quia, ut ait Ambrosius, « vult Deus prudenter sibi serviri, non nimietate (laboris vel abstinentiæ) debiles efficiamur, et postea medicorum suffragia requiremus. » Debiles ergo, ac presertim feminæ, multis orationibus et penitentis suum caput et cæcepus non frangant.

Nota sexto: Tanto magis Paulus vinum permittit, non ad voluptatem, sed ad necessitatem: ideoque dicit, « utere, » non frueri; eoque modico, non multo; idque non ad luxum, sed propter stomachum. Pulchre S. Gregorius, lib. XX *Moral.*, xxxi, docet abstinentiam instar chordæ musicæ moderandam esse. « Pensandum, inquit, est quod chorda in cithara si minus tenditur, non sonat; si amplius, raucum sonat: sic virtus abstinentiæ aut omnino nulla est, si tantum quisque corpus non edomat, quantum valet; aut valde inordinata est, si corpus ateritur plus quam valet. »

Abstin-
entia
modera-
da est,
sicut
chorda
in citha-
ra.

Ambar-
sis pocu-
la qua-
tuor.

Platonis
de vi-
no juve-
nibus in-
terdico-
do.

est, si corpus ateritur plus quam valet. » In Anacharis, teste Laetio, vini quatuor pocula sive haustus distinguebat in symposiis: Primum, inquit, poculum est necessitatis ad sedandam sitim, secundum sobriæ hilaritatis, tertium voluptatis, quartum ebrietatis et insanie. Plato vero, Dialogo 1 et 2 *De Legibus*, ita præcipit: « Principio, ait, lege sancimus, ut pueri usque ad decimum octavum annum, vino prorsus abstineant; » et causam addit: « Ne ignem igni addant et furiosum habitum juventuti suæ inducant. » Baechica ergo haecantibus Lutheri, quam sua inter pocula effudit, imo effudit, est interpretatio et argutio: Apostolus, ait, modicum vini, puta cyathos ali-

quod, præscripsit Timotheo, quia is infirmus erat et stomachus ejus æger plus vini non ferbat; nobis vero, utpote sanis et stomacho valentibus, multo utendum est, puta non cyathis, sed amphoris. At, bone vir, Timotheus dum sanus erat, non vinum bibebat, sed aquam, utique Apostolo probante et suadente. Rursus, Apostolus etiam infirmo vice aquæ vinum permittit, sed modicum. Ergo vinum non ob sanitatem, sed merè ob infirmitatem ei indulget, idque non scriptum, sed modicum. Nimirum talis glossa talis doctorum, imo potorem decet, interprelem, inquam, Epituroi Evangelii, nec Pauli, sed palati sui, de quo recte noster Frusius:

Biblia que tua sunt, sunt pocula Baechica, Luther: Est apotheca tua bibliotheca tua.

24. QUORUNDAM HOMINUM PECCATA MANIFESTA SUNT. Vers. 24. — Grece *παρρησια*, id est ante manifesta sunt, puta antequam ejusquam judicio dannerentur.

PRÆCEDENTIA AD JUDICIUM, QUOSDAM AUTEM ET Vers. 25. SUBSEQUUNTUR. 25. SIMILITER ET FACTA BONA MANIFESTA SUNT: ET QUE ALITER SE HABENT, ABSCONDI NON POSSUNT. — Primo, S. Basilius, lib. *De Sancta Virgine*, « peccata que judicium præcedunt: intelligit peccata ea, que peccator per se committit in hac vita, antequam per mortem vadat ad judicium particulare; » peccata vero que subsequuntur » intelligit ea, que quis post mortem et judicium particulare committit per suos discipulos et alios quos peccare docuit. Sicuti Lutherum et Calvinum sequitur hæresis omniaque peccata Lutherianorum et Calvinianorum, quorum doctor et inventor fuit Lutherus et Calvinus, ita ut pro his etiamnam poena Lutheri et Calvinii augeretur et augenda sit, donec desinat lutheranismus et calvinismus.

Secundo, S. Ambrosius: Peccatores, inquit, magis præcedunt peccata ad condemnationem, quia majora sunt eorum bonis operibus; contra justos præcedunt bona opera, quasi manifesta, quia manifesta præponderant eorum peccatis: peccatores vero bona opera sequuntur quasi quædam præjudicio peccatorum præsemitium prægravata. Unde et abscondi non possunt, id est non possunt obumbrari et tegi charitate, que operit multitudinem peccatorum, q. d. Paulus: Cum dico tibi, o Timothee, Ne communicaveris peccatis alienis, nolo te ab Ordinibus repellere justos, levibus peccatis obnoxios, vel qui insignibus operibus malefacta texerunt; sed eos tantum qui gravibus peccatis subjacent.

Tertio, Chrysostomus: Peccata manifesta, inquit, que præcedunt judicium scilicet extremum, sunt ea que in hac vita manifesta sunt et cognita, ea vero que sequuntur, sunt illa que hic latent, sed in judicio extremo manifestabuntur, q. d. Licet quædam peccata hic lateant, tamen non fallunt internum judicem; quia sequuntur et adigunt ipsos peccatores ad publicum ipsum judicem

Alia peccata præcedunt ad judicium, alios sequuntur.

Secunda.

heum. Ibi que eos coram toto mundo accusabunt.

Quarto, S. Augustinus, lib. II *De Serm. Domini in monte*, et Mazzallanus sic explicant, q. d. Peccata quorundam, utpote manifesta, præcedunt hominum iudicium: hos utpote exploratos detectos et indignos, o Timothee, ordinare non debes; quorundam vero peccata subsequuntur iudicium humanum, quia post ordinationem tantum deprehenduntur. Quid ergo, faciesne tibi scrupulum, quod tales ordinaveris? nequaquam, quia in talium hominum ordinatione non communicas peccatis alienis, cum tales occulti peccatores sine tuo vitio digni sacro Ordine sunt iudicati, q. d. Occulta peccata Dei iudicio et tribunali sunt relinquenda; que vero facto examine ab hominibus deprehendi et manifestari possunt, ea iudicio Episcopi subjaceant, qui cavere debet ne hæc peccatis obnoxios ordinet; ut alludat Paulus ad *Hebr.* xxix, 29, ubi dicitur: « Abscondita Domino nostro, que manifesta sunt, nobis et filiis nostris, » quod Chaldræus et Rabbini sic exponunt: Secreta peccata reservantur punienda Domino Deo nostro; que vero manifesta sunt, humano iudicio discutienda et plectenda sunt. Verum melius et aptius cum Cajetano et aliis hoc exponemus de flagellis, que Deus illo cap. xxix *Deuter.* Judæis legis sue per varicatoribus intentalit, q. d. Hæc flagella sunt inter occulta Dei iudicia, que tamen nobis et nostris filiis manifestavit, ut eorum metu legem Dei studiose faciamus et exacte impleamus.

Episcopus
in iudicio
Dei.

Quinta
et sexta.

Quinto et genuine ad mentem Apostoli: « Peccata manifesta præcedentia ad iudicium, » sunt peccata clara et publica, condemnata communi hominum voce priusquam in iudicium adducantur; peccata vero que peccatores subsequuntur in iudicio, quasi pedissequi vel umbra, sunt peccata occulta impiorum, que non patent in publico, sed in mente vel tenebris latent, cum impii faciem honorum induunt, ut externa specie videantur probi; si tamen diligenter examinentur et dijudicentur, tandem prodet se larvata eorum impietas. Est prosopopeia: peccata enim hic finguntur esse persone et prodromi vite antambulones, qui peccatorum præcurrunt, monentique Ecclesiam quis sit illo, qui mox sit venturus ut ordinetur, scilicet quod sit peccator, ac consequenter indig-

nus Ordine; alios vero subsequuntur quasi patores, iudices et vindicæ: nam

Noxa caput sequitur,

inquit Poeta; et:

Raro antecedente m scelerum
Deserit pede poena clauda.

Si sequitur impium poena, ergo et notitia peccatorum atque infamia, q. d. Præcepi tibi, o Timothee, « Manus cito nemini impone », neque communicaveris peccatis alienis » (eo enim quasi aliquid oblitus rediit Apostolus). Tu mihi objicies, Quomodo aliena peccata deprehendam? hinc objectioni ergo respondeo, peccata quorundam esse manifesta, aliorum vero occulta. Si manifesta sint, non laborabis, quia facile cognoscas eos, qui illis obnoxii sunt, indignos esse ordinatione et dignos esse condemnatione ac poena; sin occulta sint, tibi laborandum erit ut ea detegas: sed ne despera, expecta scrutari, explora, tandem ea deprehendes, quia peccata peccatorum subsequuntur quasi à tergo; incipio ergo vultum et tergum eorum lynceis oculis omniaque quæquaversum circumlustra, ut eos internoscas, et tandem ea que latebant patefacies, et perspicies eos Ordine esse indignos. Quod si facto justo examine ea deprehendere nequeas, tunc iudicio sunt relinquenda, nec ab Ordine repellenda.

25. SIMILITER ET FACTA BONA MANIFESTA SUNT, — et de his non laborabis: sed cognoscas eos Ordine esse dignos.

ET QUE ALITER SE HABENT (scilicet bona facta aliorum que occulta sunt), ABSCONDI NON POSSUNT, — quia, si ea diligenter perscruteris, sis cogniturus et facile animadversurus, an ordinandi sint necne. Ita S. Hieronymus ad *Furiam*, Anselmus, Gagneus et alii. « Nihil enim opertum quod non reveletur, et occultum quod non sciatur. » Personata enim et fucata impietas diu latere non potest, quin tandem e fumo in flammam erumpat (1).

(1) Versum 24 et 25 sensum ita constituit Allioli: Examen tum doctrinæ, tum presertim vite, ordinatio cuiusque prævium, id habet utilitatis, ut nempe ille qui nam delicta delitescunt, indigni arguantur et reveletur, nam sicut facta bona abscondi nequeunt, ita et mali examine detegantur necesse est. Vox ergo iudicium eorum nempe cuiusque ordinandi denotat.

CAPUT SEXTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Primo, jubet servos obedire dominis.

Secundo, vers. 3, arguit novorum dogmatum et hæresum auctores, eorumque fractus et vitia recenset.

Tertio, vers. 5, multis insectatur eorum et aliorum avaritiam, tanquam omnium malorum radicem.

Quarto, vers. 11, jubet Timotheum non opes sectari, sed justitiam, pietatem, fidem, etc., ac servare mandata sua usque in adventum Domini.

Quinto, vers. 17, divitibus præcipit ut sint humiles, pii, liberales, utque bonis operibus divites se faciant in celo.

Sexto, vers. 20, rursum hæresum novitatem caveri, ac fidem quasi depositum servari jubet.

1. Quicumque sunt sub iugo servi, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini et doctrina blasphemetur. 2. Qui autem fideles habent dominos, non contemnunt, quia fratres sunt: sed magis servant, quia fideles sunt et dilecti, qui beneficii participes sunt. Hæc doce et exhortare. 3. Si quis aliter docet et non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi, et ei quæ secundum pietatem est, doctrinæ: 4. superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones et pugnas verborum, ex quibus oriuntur invidiæ, contentiones, blasphemæ, suspiciones malæ, 5. conflictationes hominum mente corruptorum, et qui veritate privati sunt, existimantium quæstum esse pietatem. 6. Est autem quæstum magnus pietas cum sufficientia. 7. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium quod nec auferre quid possumus. 8. Habentes autem alimenta, et quibus tegamur, his contenti sumus. 9. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem et in laqueum diaboli, et desideria multa inutilia, et nociva, quæ mergunt homines in interitum et perditionem. 10. Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes erraverunt a fide, et inseruerunt se doloribus multis. 11. Tu autem, o Timothee Dei, hæc fuge: seclare vero justitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. 12. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, et confessus bonam confessionem coram multis testibus. 13. Præcipio tibi coram Deo, qui vivificat omnia, et Christo Jesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato, bonam confessionem, 14. ut serves mandatum sine macula, irreprehensibile usque in adventum Domini nostri Jesu Christi: 15. quem suis temporibus ostendit beatus et solus potens, Rex regum et Dominus dominantium: 16. qui solus habet immortalitatem, et lucem inhabitat inaccessibilem: quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest: cui honor, et imperium sempiternum. Amen. 17. Divitibus hujus sæculi præcipe non sublimè sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo (qui præstat nobis omnia abunde ad fruentum); 18. bene agere, divites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, 19. thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam. 20. O Timothee, depositum custodi, devitans profanas vocum novitates, et oppositiones falsi nominis scientiæ, 21. quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen.

Ver. 1. 1. QUICUMQUE SUNT SUB JUGO SERVI, DOMINOS SUOS OMNI HONORE DIGNOS ARBITRENTUR, NE NOMEN DOMINI ET DOCTRINA BLASPHEMETUR. — Postquam docuit Apostolus quomodo Episcopus cum conjunctis ge-

neris hominibus, qui liberi sunt, se habere debeat; tandem hic descendit ad servos, id est mancipia, quæ sunt sub iugo servitutis, docetque Episcopum eos non debere aspernari, sed docere

Episcopi non aspernari

bonos mores, ac imprimis obedientiam, ut scilicet dominis suis infidelibus prompte et reverenter obediant, ne, si inobedientes eis sint, preterentes se per Christianismum ex servitute assertos esse in libertatem, ipsi heri blasphement Christianismum, quæsi qui servos sibi antea morigeros fecerit rebelles et seditiosos. Agit enim de servis qui dominos habent infideles; nam de servis qui dominos habent fideles, agit vers. seq. Vide dicta ad Ephesios VI, 5.

2. QUI FIDELES HABENT DOMINOS, NON CONTEMNANT, QUIA FRATRES (id est Christiani) SUNT: SED MAGIS SERVANT, QUIA FIDELES SUNT ET DILECTI. — Hic agit de servis qui dominos habebant fideles et christianos. Monet hos, ne putent se per baptismum factos esse dominis suis pares: licet enim pares sint in baptismo et fratres in Christo, tamen in civili conditione et statu impares sunt, unus enim est dominus, alter servus. Quin potius hortatur hos servos Apostolus, ut heris fidelibus melius servant quam infidelibus; quia herus fidelis melior est et dignior, servique Christiani amantior, cum eoque in fide conjunctior, ac consequenter magis dilectus, id est diligendus, quam herus infidelis. Cogitet ergo servus fidelis servum domino fideli, se obsequium illi præstare, qui ex supercilio domini transit in affectum parentis, et pro formidato cepit esse dilectus.

Nota: Pro dilecti græce est ἀγαπᾶται, quod tam dilectos, quam diligibiles significat. Noster vertit, dilecti; alii vertunt, diligibiles, q. d. Dilectione et honore digni sunt domini fideles, tanquam fratres scilicet, domestici fidei.

QUI BENEFICI PARTICIPES SUNT. — Chrysostomus docet hoc tam ad servos quam ad heros referri posse: ad servos sic, q. d. Servi dominis qui fideles sunt et dilecti, servant, quia ab eis beneficia multa participant, quia scilicet a dominis suis aluntur, vestiuntur, in fide Christiana foventur et promoventur. Ita Syrus. Verum tunc est qui beneficii participes sunt, remotius referendum est ad serviant. Aptius tamen videtur referri ad immediate precedentia, « quia fideles sunt dilecti, » scilicet heri sive domini. Quare melius de eisdem heris sive dominis accipiemus, quos beneficii, scilicet illius magni et excellentis, puta christianismi, participes fecit Deus. Unde Primasius legit, qui beneficii Dei participes sunt, q. d. Servi servant dominis Christianis et amantius et diligentius, eo quod domini sint fideles et dilecti a Deo, Deique amici, scilicet, eo quod domini sint una cum servis ejusdem Deus Dei beneficii participes, puta vocationis ad fidem et gratiam Christi: hæc enim est maximum Dei beneficium. Si enim infidelibus Dei hostibus et reprobis dominis parendum est, multo magis obedientiam hanc requirit Deus a servis, quos subiecit dominis fidelibus suis amicis, dilectis et electis.

Tropologicè, Chrysostomus: « Si servis, inquit, hæc imperat Apostolus obedire dominis, intuentibus

quo nos animo in Dominum nostrum esse conveniat, qui nos de nihilo ut essemus effecit, qui nutrit, qui vestit, » etc.

Hæc doce (nescientes) et exhortare — scilicet, ut quod sciunt faciant et opere impliant.

3. SI QUIS ALITER DOCEAT, ET NON ACQUIESCIT SANIS SERMONIBUS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI, ET EI QUÆ SECUNDUM PIETATEM EST, DOCTRINÆ, SUPERBUS EST, NIHIL SCIENS. — Concludit Apostolus resumens primum quasi thema epistolæ, quod proposuit cap. I, vers. 3, scilicet Timotheum Episcopum quibusdam Novantibus denuntiare debere, « ne aliter docerent, neque intenderent fabulis interminatis, quæ quæstiones præstant magis quam edificationem Dei, quæ est in fide. » Quidam enim Judei et Gentiles ad Christum conversas sectas, deuteroseas et dogmata philosophica miscabant christianismo, itaque christianismum corrumpebant: quos hic comprimunt jubet Apostolus. Forte in particulari perstringit Apostolus Judæizantes, qui docebant servos juxta legem Leviticæ, cap. XXI, vers. 2, anno septimo manumitti debere et fieri liberos. De servis enim præcessit; sicque commoda erit transitio et reditus ad primum thema de vitandis novis doctoribus.

Nota: Pro aliter docet græce est ἐπιδιδασκαλεῖ, quod verbum usurpavit cap. I, vers. 3; et ex hoc loco patet significare non tam eum qui diversam doctrinam sequitur, ut verbi Vatablus, quam qui aliam doctrinam docet; sequitur enim: « Languens circa quæstiones et pugnas verborum, » quodque ex fucata hac doctrina pietatis quæstum aucupatur. Quæ sane non discipuli, sed doctoris sunt.

Secundo, pro non acquiescit græce est μὴ προσέχηται, id est non accedit, hoc est non consentit, non acquiescit. Loquitur enim de accessu non pedum, sed mentis et voluntatis.

Tertio, « sanos sermones Jesu Christi » vocat legem et doctrinam Christi. Eandem vocat « doctrinam quæ est secundum pietatem, » id est quæ veram pietatem et Dei veri genuinum cultum docet, scilicet cultum Dei consistere non in cæremoniis et apparatu externo, sed in interna fide, spe, charitate.

Quarto, pro superbus græce est τυφῶτα, id est inflatus est, tumet typho superbie et vanæ scientiæ. Nota: Hic typhus est character et origo omnis hæresis. Hujus autem typhi et superbie clarissimum est argumentum, quod hæretici adeo sibi placent, ut neque Ecclesie, neque etiam Evangelio credere velint, nisi in iis rebus quæ sibi placent. Unde S. Augustinus, lib. XVII Contra Faustum, III: « Undique tergiversatio, inquit (o Machabei), vestra contunditur. Aperite dicite vos non credere Christi Evangelio: nam qui in Evangelio quod vultis, creditis; quod vultis, non creditis, vobis potius quam Evangelio creditis. » Qua de causa heretici raro disputando (volunt enim victi videri), sed magis orando, convertuntur. Docuit hoc Epis-

Typhus est character hæresis.